TRIAN	i	iii	vi	x	xv	xxi	xxviii
QUAD	i	iiii	viiii	xvi	xxv	xxxvi	xlviiii
PENT	i	v	xii	xxii	xxxv	li	lxx
EXAG	i	vi	xv	xxviii	xlv	lxvi	xci
EPTAG	i	vii	xviii	xxxiiii	lv	lxxxi	cxii

QUI FIGURATI NUMERI EX QUIBUS FIGURATIS NUMERIS FIANT ET QUOD TRIANGULUS NUMERUS OMNIUM RELIQUORUM PRINCIPIUM SIT

His igitur ita sese habentibus quid in hac re sit consequens vestigemus. Omnes enim te-
tragoni qui sub triangulis sunt naturali dispositione ordinati ex superioribus triangu-
lis perficiuntur. Illorumque collectione quadrati figura componitur. Quattuor
enim tetragonus fit ex uno et tribus, id est ex duobus superioribus triangulis. Novenarius vero ex
tribus et sex secundus tertiusque sunt trianguli. At sedecim ex decem et sex. xxv ex x et xv
ideque in sequenti ordine quadratorum constitutis atque inmutabile repperitur.
P Pentagonorum vero summa conficietur ex uno superposito tetragono et altrinsecus trian-
gulo constituto. Namque quinque pentagonus ex quattuor superposito tetragono
et ex uno qui in triangulorum ordine ponitur adgregatur. xii vero penta-
gonus ex novenario superposito quadrato et tribus secundo angulo nascitur. xxii vero ex se-
decim et sex quadrato scilicet atque triangulo. Et xxxv. ex xxv. et x.
et in ordine ad eundem modum invenientur nulla cunctatio contrarietatis impe-
dit. At vero si exagonos librata examinatione perspicias ex eisdem triangu-
lis et superpositis pentagonis perficiuntur. Namque sex exagonus ex quinario pen-
tagono et uno qui est in triangulorum ordine dispositus nascitur. Nec aliter est origo
xv exagoni nisi ex duodenario pentagono et ternario triangulo. Quod
si xxviii rursus exagonum ex quibus superioribus nascatur addiscas invenies nul-
los nisi xxii pentagonum senariumque triangulum. Atque hoc in ceteris. Hec
huiusce geniture ordine eptagonorum perfectio reformabitur. Namque ex superposito exa-